Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Leonis Gradibus. Cap. 8

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

rum, quam connotant ſtellam, ex Lunæ Martiſuè naturæ eſt.

De Trigeſimo Leonis Gradibus.

Cap. VIII.

QVintum Zodiaci eſt ſignum, domuſquè Solis, ac omni caret Planetæ exaltatione; ſignum eſt fixum, maſculeæ naturæ, calidum ſiccum; In hoc aduenit ſignum Sol 21. in 22. Iulij, vſquè ad 21. in 22. Aguſti, moram ibi trahit, & ſecundum gradus per quos Sol ipſe perambulat, appropinquabitur ad ſuum ſolarem curſum eius ſigni; hi ſunt aſcendentis ſignificata eius.

1

Male moratos homines; ac peſſimos, rerumquè amoroſarum nuncios; ſeu ſegnes, raucam aliquantulũ habentes vocem hic primus præſcribit homines; ſi à Marte irradiabitur, eorum incidetur vultus; ſi à Saturno, ineptiſſimos ſi Iouis, vel Veneris oculos non ſuſceperit beneficos, magnopere inſanos futuros indicat; illorum ſtella naturam imitatur Martis; & Lunæ.

2

Secundus iſte gradus, homines inclinat Reges, ac potentiſſimos; cum vero oculos Saturni, vel Martis habuerint maleficos, aut eorum pręſenciam, ſubſtinebũt bella, qui gradus annexum ſibi, ſi Iouem, vel Venerem habebunt, vel eorum radios per tercium, vel ſextum; valdè magis potentes magnanimi, victorioſiq; erunt; Martis vnitur Soliſq; naturæ ſtella hæc.

3

Dominij magni hic homines deſtinat gradus, veruntamen ſi natus Rex fuerit integrum acquiret inimicum regnum, tamen cuiuſcũq; ſit conditionis, excelſus in omnibus, & glorioſus ſemper erit; eo magis, ſi Iouis amentes oculos, vel Veneris receperint; Solis Martiſq; naturæ eſt illorum ſtella.

4

Homines venationi, ferarum, adiumq dedicos prædicit, Iouem vero, ſi gradus iſti ſuſcipient, vel Veneré, aut ab illis beneficè irradiabuntur, Regũ magnorumq; dominorum venatores fuerint, cuius vno ex infortunijs ibi perſiſtéte oppoſitum ſignificat; quorum ſi vnum in aſcendente, & in ſeptima oppoſitionis alterum, aut diametro, violenta interire poſſent morte; Lunæ acquirit eorum ſtella, Veneriſq; naturam.

Ar-

5

Armorum luſores optimos gradus iſte conducit homines;Martiſquè ſi præſentiam habebũt, in armis erunt terribiles;attamen ſi Martem, cum Saturno, vel horũ vnum cũ turbato oculo,violentę mortis ſubiacebunt periculo, at ſi Iouem, vel Venerem præſentem, aut radios beneficos ſuſcipient illorum, fortunatos, & è tali æuaſuros periculo afferimus, ex Saturni, Iouiſq; natura eorum ſtella eſt.

6

Homines, hic gradus,eãdem habentes inclinationem, vt in gradu quinto dixi, connotat, at ſi Martis,vel Saturni maleficos habuerint radios,ita cum aſcendente,vt cum luminaribus, armorum cauſa peribunt,Iuppiter vero,vel Venus præſens,mortem repellit,& vitam inducit,Saturnina,Iouiſq; eſt ſtella illorum.

Ho-

7

Homines hiſtriones facit; Iouem vero ſi gradus iſti connotauerint, vel Venerem, gratioſi erũt, & in repręſentatione fortunati, eaſdem præſcribit Iuppiter Venuſq; ſignificata cum per trigonum, vel hexagonum aſcendentis perſpicit gradus, at ſi loco fortunatum maleficos reciperent infortuniorum aſpectus, infęlices pauperesq; erunt ſtellam, quam hi gradus habent eſt Lunæ, & Venere naturæ.

8

Excellentes homines, gradus iſte indicat, cuiuſuis ſcientiæ, mechanicarum rerum profeſſores, ac in his peritiſſimos, hiq; gradus ſi ex duabus fortunis vnam habuerint, ſecunda fruentur fortuna e contra putabis ex infortunijs, nam libidinoſi, vitioſiuè erunt, Lunam imitatur, Martemq; ſtella naturam.

Fi-

9

Filiorum alienorum cuſtodes homines demōſtrat, Iouis vero, vel Veneris ſi beneficam recipient gradus iſti præſentiam, at cuſtodeſq; fuerint principū, magnorumq; dominorum, Lunaris eſt ſua ſtella, atq; Veneris ſuſcipit naturam.

10

Homines bellicoſos, & exercituū duces oſtendit; nobilis animi, & inuictos, ſi vero Martis ſubſtinuerint præſentiā multo magis bellicoſi fuerint, at cum vulnerū in vultu periculo, tamē ſi Iouem, vel Venerem, ita per coniunctionem, vt per tetragonum, hexagonum in militia excellentes erunt; Saturni, Martiſuè eorum ſtella ſequitur naturam.

11

Homines luxurioſos patefacit, ſi cum Marte, adulteros, & maleficos, ſi cum, Saturno erunt, vel cum eorum radijs beneficis, valdè magis fuerint peiores, attamē ſi loco illorum Iouem, vel Venerē admiſerint, nō adeò impudici erũt, & inhonoſti; Martialem habent ſtellam.

12

Gradus, iſte contrarium gradus vndecimi demonſtrat, nam honeſti, caſti, probis decorati moribus cōnotat homines, ſi namque Iouis, vel Veneris oculos amantes habebũt, puri erunt, & omni priuati macula, & pudore Saturni, Iouiſq; ſtellam habent naturæ.

13

Gradus iſte , homines ſapientes , ſtudioſos, ſtabiles firmoſq; ſemper inclinat, cumq; Iouis, vel Veneris radium beneficum receperit , illos reddet fortunatos multum , doctrinarũq; illorum cauſa exaltabuntur, Mars vero , vel Saturnus cum oculo maligno , ſapientes , ſed exiguæ fortunæ erunt, Saturnum Iouemuè ſtella illorum conſequitur.

14

Homines pigros , otioſos, & ſine officio vllo præſcribit , ſi gradus iſti cum Ioue fuerint , infortunatiſſimos, in eorum negotijs omnibus, ſi cum Saturno ; eorum magis pigritia, motus in negotijs tardus, & immunditia multiplicabitur ; quæ omnia Iuppiter temperat, moderatq; Venus, & illis fortunam præſtat Saturninam, Iouialemq; gradus iſti ſtellam habent.

15

Fortunatos, iuſtæ ſimetriæ corporis, magni animi, & in actionibus eorum omnibus valeroſos homines inclinat; Martem ſi habuerint; erunt fortes, & in capite vulnerabuntur, vel facie, ſi Saturnum, infortunijs vexabuntur, & infirmitatibus, ſi vero infortuniorum maleficos ſuſcipient radio; volenta moriendos eſſe morte nunciant, Martis naturæ eſt eorum ſtella.

16

Hic decimus ſextus gradus, homines prædicat indoctos, exigui diſcurſus, ruſticoq; inconuerſando, ſi vero vnam ex duabus habuerint fortunis annexam, aut gradum radiaret beneficè aſcendentis per trigonum, vel hexagonum, docti erunt; veruntamen, ſi fortunarum loco, receperint infortunia; omnino quaſi animalibus aſſimilabuntur, Martialis naturæ eſt ſtella illorum.

17

Homines illuſtres, glorioſos, magnanimos, fortes, ac robuſtos, indicat, multis decorabũtur honoribus, & dignitatibus, Iouis, vel Veneris vero præſentia, fortunatiſſimos illos in ſuis negotijs omnibus reddit; idemq; duæ fortunæ per trigonum, vel hexagonum denotãt; Mars namq; vel Saturnus in aſcendente, honore, dignitate, officiaque aufert; Veneris, & Mercuri eſt ſtella.

18

Fortunatos homines, generoſi animi, magnos Dominos, & populorum dominatores hic gradus portendit; præſentiam tamen ſi Iouis, vel Veneris receperint per trigonum, vel hexagonum; euaderent principes hæreditatum Dominos, magnos, & excelſos, Veneris, & Mercurij conſequitur hæc ſtella naturam.

19

Homines armigeros,proboſq;milites,animi audacis,ac fortis, quos ſi benefice irradiabit gradus Mars cum luminaribus, erunt duces, & exercituum ductores è contra Mars demonſtrabit cum Saturno in aſpectu malefico,Iuppiter,Venuſuè,vitam exibent longam,& exaltationes multas dominatrix ſtella eorum Mercurij,& Veneris naturæ eſt.

20

Illos reddit veloces , & perſpicaces,ac in legatione ſe exercebũt;Iuppiter,namq;vel Venus, Principum literas,& legationes ducent, dominorum enim,temporalium , vt Eccleſiaſticorum;Venus magnorum dominorum nuncios;Mercuriuſq; mercatorum, Mars, militũ, & Saturnus, monacorum futuros denotat,iuſt .Plan etam enim in tali detentum gradu inclinatio fuerit;Saturninæ,Iouialiſq; eſt naturæ dominatrix ſtella.

Ho-

21

Homines inclinat affabi-
biles,benignos,gratos,
humanoſq; quos Iuppi-
ter, vel Venus fortuna-
tos docet,ſic in ſeculo,
vt religione, quotieſ-
cunq; Iuppiter in illis
erit gradibu s per trigo-
num,vel hexagonum,
prælatos aſcribit; peſſi-
mi ſunt duo infortunia, euentus, at ſi bonis,
maliſq; carebunt aſpectibus; fęliciſſimi fue-
rint reſpectu gradus;Martem,Iouemq; ſtella
eorum imitatur.

22

Præſcribit, magnanimos,
nobiles,pioſquè homi-
nes;bonaq; fruentur, ſi
Iouem, vel Venerem
habuerint,corporis va-
letudine;Martis, Iouiſ-
que eſt ſtella naturæ,

23

Erunt homines volubiles, & inconſtantes, imò inſtabiles, & in eorum pertractatis incerti; Iouis vero, vel Veneris præſentia, eos reddit fortes, & inconſtantes; Mars iraſcibiles, Saturnus pigros; ſtellam habent Martialem, Iouialemque.

24

Plenos homines hic gradus, doctrina, & ſapiētia facit, aliquātulum cogitabundos profu[illegible] darum, & eminenti[illegible] rerum; at Iuppiter, vel Venus, cum principibus ſe exercebunt, & magnis Dominis; quare multis decorabuntur honoribus, & dignitatibus magnis, eoru[illegible] doctrinarum cauſa; Martis, & Iouis natura eſt ſtella illorum.

Aquę

25

Aquæ amicos inclinat homines; at ſi Iouis, & Veneris oculum receperint beneficum, fortunatos multum reddit eos; attamen malefici duorum infortuniorum radij illos pauperes ſuſcitat, & mendicos, Saturni, & Veneris eſt naturæ in illis recondita gradibus ſtellã.

26

Homines præſcribit laborioſos, at Iouis, vel Veneris oculi amantes illis miſeram, & mendicam vitam præſtant, ſi Martis, vel Saturni, infelices, tapiniq; fuerint, quorũ dominatrix graduum ſtella Martialis eſt.

27

Ita anima, vt corporis laborioſos præſtat hic gradus homines, & cũ benefico radio Iuppiter, vel Venus, fortunatos illos futuros docet, cuius expectandum oppoſitum, ſi gradus iſti præſentiam, vel turbatos ſuſceperint infortuniorum oculos, nam infortunati perſcribuntur; Martialem habent ſtellam.

28

Facit homines pigros, mollieſq; erunt ſomnolenti, amabiles, & delectabilis commercij cum omnibus, atq; à laboribus fugient; veruntamen amantes Veneris, vel Iouis radij illos excitant, fauentq; ſi loco infortunatũ, erunt infortunia duo, valdè magis erunt peiores, & infelices; Saturninæ naturæ eſt ſtella eorum.

29

Homines pulchri aſpectus, amabiles, aſtabileſq; in hoc gradu fuerint; maximæ erũt apud omnes exiſtimationis, eorum ob naturam pacificam, Iouis tamen præſentia, vel Veneris eos exhibet fortunatos, magnoſq; honorum, dignitatumq; agredientur gradus; ſtellam Saturni, & Iouis naturam detinentem habent.

30

Homines conuocat gradus iſte vltimus, miſerabiles, & neceſſitoſos, qua propter ſe in aliorum ſe exercebunt ſeruitute, ſi vero Saturnũ tales gradus receperint, valdè magis miſeri, & infortunati fuerint, ſi Martem cum Saturno, aut eorum radios maleficos luminarium, mortem illis retribuerent violentam. Hic, quę configurata eſt ſtella Saturni, Iouiſq; naturæ.